nificabilitatis:ita q͛ illa bonificatio superior causat bonificatio nem inferiorem:& magnificatio est medium inter magnificātē & magnificabile:quæ magnificatio causat actus magnitudinū: sicut magnum calefacere infrigidare sentire imaginari ampliari & sic de similibus:ita per medium superius fiunt complexiões: & concordantiæ in inferioribus:& domus celi:in quibus planc tæ coniunguntur sunt media ad influendum bonitates magni tudines uirtutes superiores ad inferiora:& cetera alia principia dicta:& per medium quod est in celo aggregatæ sunt stellæ i lo co galaxiæ & zodiaci medio ex quo fiunt regiones habitabiles: & per illud mediū celi maxime uirtutes naturales in medio sub stantiarum sunt. F. Quomodo in medio substantiarum sunt:cum in pilio sint duæ uirtutes in superficie & in medio:& similiter in coriandro:& caule. Astro. Medici large & non proprie dicunt in superficie:dico q͛ ex medio superiori fit illa uir tus in medio substantiæ partis exterioris:& ita dicūt medici nō in corpore:imo dico q͛ medium cæli est causa linearūque sunt in inferioribus in medio duarum partium:& perconsequēs cau sa per differentiam differentiæ illarum partium in uirtute: utsu pra dixi:cum de differentia ageretur:est etiam aliud mediū signi ficatum per f.quod est in medio de e g:per quod medium sunt signa cōdictionata & planetæ similiter:natura namq; arietis ex natura sui motus per e f g:est iter naturas tauri & pisciū & Iup piter in medio saturni & martis:& sic de aliis :que species medii causat in inferioribus motum qui per media transit: sicut ignis transit ad aerem per calorem & siccitatem & ad aquam similiter cum ita sit q͛ aer sit medium inter ignem & aquam :& ignis iter terram & aerem:& terra inter aquam & ignē:& ideo sunt media per a.b.c.d.e.f.g.in inferioribus:per mistiones:& compositiones elementorum in elementatis:& similiter medium celi est cā com positionis & unionis corporum:& membrorum & partium eo rum neruorum & ligamentorum:quæ quodammodo sunt me dia coniungentia partes:& componentia animal:ut puta q͛ bra chium alliget humero:& caput collo:& tibia coxæ &cæ :& trū cus alligetur tirso arboris:& folia ramis:& rami trūcis : & cōclu de q͛ medium pars celi essentialis est causa:& natura quedā que cōiungit in inferioribus formas & materias:de quibus sunt sub